



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Opera S. Matris Teresae De Iesu Carmelitarum Discalceatorum et Discalceatarum Fundatricis

In duas partes distincta

Teresa <de Jesús>

Coloniae Agrippinae, Anno MDCXXVI [erschienen] M.DC.XXVII.

Tractatus de Ratione visitandi Conuentus Monialium Discalceatarum
Ordinis Carmelitani.

urn:nbn:de:hbz:466:1-37974

TRACTATUS
DE RATIONE VISITANDI
CONVENTVS MONIALIVM
DISCALCEATARVM
Ordinis Carmelitani.

MONIALIBVS DISCALCEATIS
ORDINIS CARMELITANI

*F. Alfonsus De Iesu Maria Generalis
salutem dicit.*

¶ Noniam certum est, omnium Communitatum,
& illarum præsertim quæ magnam perfectio-
nem profitentur (vti Vestræ Reuerentiæ faciunt)
bonum ad eò dependere ab eo, vt Patres Prouin-
ciales & Visitatores suis in Visitationibus (Domi-
no adiuuante) rectè & prout oportet, magna cum prudètia
& spiritu procedant, ac vicissim vt subditæ, ea quæ suæ sunt
obligationis, ceu veræ & perfectæ obedientiæ filiæ, exequen-
do, debirè erga eos sese gerere sciant, in ipsis Christum Do-
minum, (cuius hi Vicarij sunt, & quorum interuentu Mai-
estas ipsius eas regit) intuendo; operæ pretium mihi facturus
videor, si breuem hunc de Visitationibus tractatum (quem
in Escoriali inter reliqua autographa S. Matris nostræ manu
exarata, quæ Dominus noster Rex ibidem asseruat, reperi)
prælo committam, & publici iuris faciam; quod huius do-
ctrina huic intento, & proposito mirè deferuiat.

Bbbb 2

S. Bq.

S.
Theresi

Opera

N. N.
1715

S. Bonaventura, agens de differentia doctrinarum quae
 pus habent Superiores, & qua subditi, idque pro varia
 trorumque obligatione - & officio, sic loquitur: *Magnum*
differentia est inter seire humiliter subesse, pacifice coesse, & vultu magis
 horum primum subditorum est, alterum aequalium, ali-
 mum superiorum & rectorum erga subditos. Hanc per
 differentiam, in qua varia dubia & difficultates
 sunt, sancta Mater nostra egregie in breui hoc tractatu
 pertractat: docet quippe in eo Superiores, quomodo
 erga subditas gerere debeant; subditas vero, quomodo
 sese non solum erga Superiores suos, verum etiam inter
 in visitationibus gerant; quae, inter eas occasiones, quae
 in communitatibus, ut plurimum occurrunt, & maxime
 momenti sunt & principales; quaeque etiam propter
 ut eminenter bonam ordinarij ipsarum viuendi modi
 rectionem in se includunt.

Patres ergo Provinciales & Visitatores hoc in tra-
 tu modum & rationem inuenient, quo ipsos in suis Visi-
 tionibus erga Moniales uti oportet; videlicet propositum
 & traditum ab illa quae cum tam bene seire & ponderare
 potuit, ut potuerit esse & mater & reformatrix status. De-
 cent hic ergo, quomodo boni esse Pastores possint idque
 imitationem Domini nostri Iesu Christi, ut sic adimpleant
 doctrinam, quam Maiestas ipsius nobis apud S. Iohannem
 Capite decimo tradidit, dicens: *Ego sum Pastor bonae, & cognos-*
ques meas, & cognoscent me meae, & animam meam pono pro ouibus
 Hic ergo, ad hoc spectantia documenta & consilia, re-
 particulatim & enucleate proponere, quod oues suas magis
 cognoscant, inuenient; quibus ipsi vicissim, viscera libentis
 roso & vero de bono ipsarum, zelo plena (qui quidem
 potens esse debet, ut eos cogat & inducat, ad salutem
 rum suarum commoda & consolationem non solum pro-
 priae quieti & gustui, sed & sanitati, imo ipsi quoque
 praeposenda exhibeant & patefaciant.

Notandum vero cum primis, quod Sancta Mater
 deo hic instet & urgeat, ut penitus & valde exacte impleatur
 tur quidquid in communitate bonum aequae ac malum

paratum iuxta ac magnum, admodum id conforme esse illi doctrinae, quam in eo loco, quem iam citauimus, Redemptor noster Christus nos docet. Egregie verò hoc ponderauit magnus ille Monachorum Pater Basilius, sic in suis Constitutionibus loquens: *Novit qui intelligens moderator est, vniuscuiusque mores & affectum, & animi motus diligenter exquirere, & ad hac accommodatum etiam in singulis remedium adhibere, & medicinas necessitatibus vniuscuiusque proportionatas.* Hanc quippe notitiam & providentiam exigunt partes & munia Medici, Iudicis, & Magistri, quas Superiores, qui Dei loco sunt, erga inferiores & subditos uos exercere & adimplere oportet; è quibus si quidem ritè peragantur, communitatum bona directio & pax postea resultat ac sequitur.

Ipsae quoque Moniales hic inuenient, quomodo se erga suos Superiores gerere debeant, quò ipsorum gubernatio, in bonum ipsarum cedat, ea cum ipsis fidelitate, veritate, & sinceritate tractando, quae ministris Christi Domini personam representantibus, & locum suppleantibus debetur; omnia quae Sancta Mater nostra ipsas aperire vult, quam clarissime illis aperienda, ut hac ratione officium Medicorum, Iudicis, & Magistrorum, quod ipsi exercent, cum integram, completam & veram relationem inuenient, magno cum tam Communitatum, quam particularium, bono & utilitate peragantur. Notandum vero, hanc S. Matris doctrinam generalem, & communè esse, omnibus temporibus & occasionibus conuenientem, & pro omnibus illis qui propriè ipsarum Superiores & Visitatores futuri sunt; ita tamen ut, quo hoc fiat, in particularibus vniuscuiusque proprietatibus & conditionibus, non multum sistatur: hoc autè omnia praesupposito, opus non esse, ut hi, quò hac ratione cum illis procedatur, scientia & experientia quidam sint Augustini aut Bernardi. Vnde Doctor Ioann. Gerson. conuenienter proposito nostro, in tractatu de Preparatione ad Missam, consideratione tertia, què dà sibi obiectione formàs dixit: *Dicit aliquis ex simplicioribus, Vtinàm talis mihi esset Abbas aut Prior, qualis est B. Born. crederet facilius imperanti, eiq. obedire. Nunc verò dū Superioris mei parum sapientiam in se habeo, non audeo meam conscientiam & salutem fidei eius tali pacto committere. Quisquis me docet & sapit, decipit & errat: non enim commissisti se & salutem tuam in manibus bonorum, quia prudens est, & plurimum litteratus aut deuotus, sed quia tibi est secundum*

Bbbb 3 reg. 15



S.
Theresi

Opera
N. N.
168

568 TRACT. DE RATIONE VISITANDI
regularem institutionem prepositus & prelati. quamobrem obedias, si vis, ut
ut homini, sed ut Deo iubeat, si tamen non contra Deum.

Ut vero in hisce visitationibus subdita inter se promereri
portet, agant, zelum & integritatem cum pietate & penitenti
ria iungendo, & quaedam pericula & inconuenientia, quae in
id genus euentibus occurrere solent, euitando, inuenientia
uerentia Vestrae hic prudentissima ad hoc consilia ac docu
menta. Recipiant ergo Reuerentia Vestrae antiquum hoc
nouum beneficium, quod ab illius manu descendit, a quo
iam beneficia recepistis; certa & secura ipsum, si sollicitudine
debitè usurpetis, inter omnia, quae S. Mater nostra ad penite
ntiam vestram scripsit, futurum quod maximè, generaliter
communes in Communitatibus fructus causabitur. In hoc
autem illius voluntatis, quae ipsum ego praelo mandata
compensationem, hoc vnum à vobis peto, ut eo, quo vobis
bimini, tempore loco librorum aliorum, quos Reuerentia
Vestrae quotidie legunt, hunc tractatum in communitate
gratis; quo haec veritates, & sancta consilia, vtilia aequè ac
plena amoris & affectuosa veritas, de ipsarum bono sollicitudinis, in omnium memoria
uentur. Reuerentia porro vestrae Domino me commendat
qui tantum ipsis de suo spiritu communicet, quan
tum ego ipsis & opto &

vouco.

BREVIS DISCVRSVS, IN QVO
 Patres Provinciales & Visitatores edocentur,
 quomodo se erga subditas suas in Visitacioni-
 bus gerere debeant. his vero precipitur, quales
 se tunc erga Superiores prabere, & inter se esse
 debeant, quò maior hinc fructus conse-
 quatur, à S. M. Nostra Teresa
 de Jesu compositus.

Ante omnia meam, quam in hoc scripto inchoando habui, fa-
 teor in obedientia imperfectionem: hanc namque virtutem
 plus quam aliud quid, habere desidero. Maximæ quippe id mihi fuit
 mortificationi & summâ in hoc sensu repugnantiam; det Dominus,
 ut aliquid quod proferri possim dicere. in sola namque eius miseri-
 cordia confido, nec non in humilitate eius, qui ipsum me scribere
 iussit: per ipsam namque Dominus, ut potens, ager & operabitur,
 nec ad me respiciet.

Et si verò minime conveniens videatur, à temporalibus, ordiri:
 hic tamè ab iis initium capere placuit: nam ut spiritualia semper in-
 crementum capiant, permagni refert (et si enim id in monasterijs
 propter statem professis minime refertur videatur, ubique tamen & in
 omnibus id locum habet ad rerum omnium gubernationem dire-
 ctionemque serio aduertere & reflectere. Supposito ergo primo, o-
 pus maxime essent superior ita se erga subditas gerat, ut, licet ex una
 parte sit affabilis, amoremque erga eas exhibeat, ex alia tamen, in re-
 bus substantialibus, se rigidum, & nulla ratione flexibilem esse o-
 fendat; nihil in mundo esse existimo, quod maius Superiori dam-
 num adferat, quam quod non timeatur, & quod subditi eum eo-
 tamquam cum æquali, tractare se posse putent, præfertim mulieres.
 nam si semel aduertent, tantam in Superiore suo facilitatem, leni-
 tatem & suavitatem esse, ut in delictis & erratis ipsarum conuincant
 & muretur, ne videlicet ipsas contrister, quam difficillimè eas ipse
 regere & gubernare poterit.

Necessè

S.
Theresi

Opera

N. M.
16

Necesse cum primis est, intelligant, caput quoddam esse, quod non blandum, aut in re vlla quæ in Religionis respectum & vltimum tendat, flexibile aut immutabile; ipsumque iudicem in re administranda ita sincerum & rectum esse, vt subditæ de eo libere persuadeant, eum in rebus ad maius Dei obsequium & maiorem perfectionem spectantibus nullatenus à debito declinaturum aut recedendum, tamen si mundus fractus illabatur, & carnis erga mundum illum se præbiturum affabilem & blandum, quatenus illas in se non peccare percipiet. nam vt se blandum, lenem & piæ obsequere, & illas veluti pater diligere debet (& facit hoc in primis ad se, vt sic ipse consolationem sentiat, & hæ ab ipso alieniores non hant ita & prius illud necessarium est. Et, si vel in horum alterutro peccandum sit, certe sine comparatione minus malum est, cum a posteriori delinquere, lenitatem nimirum & facilitatem, quam prius, æquitatem nempe & iustitiam. Nam qui visitatio semel datur taxat in anno contingit, vt si quæ sunt errata ex amore corrigantur, & paulatim tollantur, nisi Moniales intelligant, illas, quæ delinunt, ad anni huius finem emendandas & castigandas; fiet vltimus vnus atque alter elabatur, & Religio à primæuo suo rigore paulatim relaxetur, ita vt, dum postea ei malo remedium adhibere auxilium velent, minimè valeant. Et, quamuis ea imperfectio delictum in sola Præposita sit; Monialibus ipsis ad relaxationem dependentibus, tamen postea noua Præposita constituarur, tamen sane quid est in natura nostra ipsa consuetudo; ac paulatim, à paruis rebus, irremediabilia Ordini damna & mala irrogantur, quæ horrendam Deo rationem reddet Superior ille, qui hinc in tempore remedium non adferet.

Videor mihi hinc B. Virginis Mariæ monasterijs inuicem fore te quod de huiusmodi rebus tractem, cum, quæ Domini bonitas ipsa sint eiusmodi, vt hoc erga illa rigore vti necesse non sit, ac timeo, ne (quod per temporis diuturnitatem monasteria collata à primæuo rigore recidere solent) tale quid hic accidat, hinc etiam monere cogor: & quia video, quod quotidie (Dei beneficio) plura hinc inde extruantur, in quorum aliquo fortasse quæpiam vltima & relaxatio iam contigisset, nisi Superiores id quod dico fecerint hoc inquam rigore vsi fuissent paruas videlicet reclus & delicta corrigendo, & Priorissas, quas ad hoc munus ineptas videbant, proponendo. Hac siquidem in re particulatiter, & singillatim non necesse est hic pietatem ostendant: etenim multæ, sanctissimæque dem erunt vitæ, non tamen ad regendum idoneæ. Vnde statim

remedium afferendum, & occurrendum est: nam cum tanta hinc
 & exercitio mortificationis, nec non exercitia humilitatis, graue
 & molestum non erit, si verò id illi molestum sit, satis apparet,
 gubernationi ineptam esse, neque enim animas perfectionis
 eo studiosas illa regat oportet, quæ tam parua est perfectionis,
 in Præposita esse desideret.

Qui ergo Visitatorem ager, Deum imprimis præ oculis habere de-
 bet, nec non gratiam, quam hisce domibus & monasterijs ille præ-
 stat, se ipse in causa sit, vt hæc impendantur, quædam etiam deuoti-
 uas à se abdicare, quas vt plurimum diabolus, ad maius aliquod
 malum causat & producit, atque hæc maxima crudelitas est, quæ in
 libidinis suas vii potest.

Fieri certe non potest, vt omnes quæ in Præpositas assumuntur,
 necessarias ad hoc minus dotes habeant: quod vbi cognitum & intel-
 lectum fuerit, annum vnum elabi non sinant, quin eam quæ inepta
 ad munere suo deponat. Nam vel vno anno multum illa damni in-
 ferre potest, & si per tres annos regere sinatur, fieri posset vt mona-
 sterium profus destruat, si defectus & imperfectiones nimirum ino-
 beant & consuetudo fiant. Tanti autem necessarium est & plurimi-
 tum est, hoc, quod dixi facere, vt, tamen si Superior se quodammodo
 iudicat, eò quod Præposita hæc illi videatur Sancta, & in sua in-
 tentione minimè errare, is sibi vim inferre debeat ad illam ab officio
 deponendam. Hoc eum ego per amorem Domini rogo & obtestor.
 Neque, vbi viderit, illas, quæ Præposita eligendæ ius habent, sinistra
 intentione, scopo aut passione (quod Deus auertat) ad
 eligendum duci, electionem hæc cassam & nullius momenti ha-
 bere, sique Præpositam ex alijs quibusdam monasterijs eligendam
 nominet, & ex ijs hæc vnam eligant, nam ex electione quæ hoc mo-
 do facta fuerit, numquam bonus aliquis sperari successus potest.
 Nescio autem, an hoc quod iam dixi, temporale sit, an spirituale.

Quod autem dicere incipere volui hoc est, vt libri expensarum
 accurate & magna cum animaduersione examinentur, nec leui ma-
 gis & obiter tantum id fiat. Etenim in monasterijs censum habenti-
 bus, imprimis & quàm maximè conuenit, vt expensæ censum & re-
 ditum annum non superent, sed ei conformes sint, esto viuant vt-
 rumque possint, cum, Deo laus, omnia quæcumque, in redditibus fun-
 data sunt, satis habeant vnde viuant: & si moderatè ordinatæque
 sint impensæ, satis commodè viuunt: sin minus, paulatim, si debita
 contentione incipiant, seipsa perdent & peribunt. Si enim hæc extre-
 ma eum necessitate confitentur, Superioribus quædam videbi-
 tur

S.
Theresi

Opera

IV
136

tur species inhumanitatis, suos illis labores non cedere, & non
permittere ut à parentibus & consanguineis vnaquæq; subditiis
quod accipiat. & alia id genus, quæ alijs in locis hodie in via sunt
ipsa multò & incomparabiliter potius videre vellem, ut non
aliquod dissolueretur, quàm ut ad talem statum redigeretur
propterea dixi, à temporalibus magna spiritualibus damna con-
lucere. Vnde hoc quàm maximè est obseruandum.

In Monasterijs autem in paupertate viuentibus illud maxime
nia ei prospiciendum & curandum, ne qua debita contrahatur
nim fiducia de Deo ibi vigeat, & Moniales Deo seruiant, nihil
defuturum est, modò nimios sumptus non faciant. Adhuc
particularim tum in his, tum in casum habentibus sciendū & obser-
rendum, quis cibus Monialibus detur, & quomodo morbida &
lectudinaria habeantur: & curandum, ut quæ necessaria sunt, ip-
ijs suppeditentur: illa enim semper Dominus dat, dummodo
fida fiducialem animum & diligentiam præferat: ut iam per
rientiam patet.

Aduertat adhuc & reflectat tam in his quàm in illis
tibus ad opus quod Moniales operantur, nec non rationes
eius quod suis illæ manibus lucratur sunt. E quo duo sequuntur
moda. Primò namq; conducit id, ut ipsæ hac ratione ad laborum
animentur, & gratia quodam modo iis agantur pro opere quod
ratæ sunt. Deinde ut in locis, in quibus ad opus & operationem
nualè tā sollicitè non aduertitur (quod non tanta ibi vigeat
tas) dicatur illis, quantū alibi Moniales lucrètur. Nā hæc operatio
inspectio, & magnam eius rationem habere, ut temporale eorum
modum raceam, per omnia utilissima est: & ipsis dum laborant
perantur, solatio est, nosse quod Superior opus ipsarum sic
rus. Nam tametsi hoc magni momenti res non sit, mulieres
conclusæ tolerari in nonnullis debent, & ut omnis illarum
fit superiori satisfacere, subinde in huiusmodi ad nostram
tatem condescendendum est.

Inquirat, num superflua quædam vigeant sumptuum
Habet hoc potissimum locum in domibus censum stabili-
tibus, quæ magis in hoc peccare poterunt: & solent per id
ria perire & recidere, quod parui alioqui momenti videntur
go Præpositæ, sumptuum inutilium amatrices sint, fieri
Moniales aliquando non habeant quod comedant, quod
lios vsus expendant: quemadmodum alibi videmus contingere
propter videndum est, quidnam pro ratione census & ele-

que dari & subministrari potest, effici queat, & rebus omnibus terminum & modum præscribere oportet.

Non permittat villam aut superfluitatem aut excessum, vt scilicet Monasteria quo ampliora construuntur, videat quoque, ne quo aliquo in ijs vanitas elaboretur, nisi magna necessitate secus fieri suaderet, debitis grauentur. Ad hoc necesse foret, inhibere ne qua in ijs habitata aut structura fiat, nisi id prius Superiori significetur, nec non videntur ei structurae faciendæ pecunia paranda sit, proponatur, vt in prout esse viderit, licentiam ad hoc aut det, aut neget. Non intelligitur hoc de paruis rebus, quæ hæ non multum possint dari inferre: sed, quod melius sit, aliquid Moniales subeant molestiæ ex eo quod valde boni domum non habeant, quæ vt propterea turbetur & inquietetur, alijs sit offenculo, debitis grauentur, & victui necessaria illis desint.

Permagnum quoque refert, vt semper domus tota & vndiquaque inspicatur, vt videatur nimirum quantum seruetur in ea claustrum, & que collectio habeatur: consultum namque est, occasiones præscindere, & non fidere sanctitati, quantumcumque etiam in ea vigere videatur, quia nescitur, quantum post futura sit. quare omnia, que succedere possent, mala recogitanda & perpendenda sunt, quo (vixi dixi) eorum occasiones præscindantur. Et imprimis ipsa inspicenda locutoria, & curandum vt duplices ea habeant cancellos tercos, & craticulam, vnam de foris, alteram intus, eoque foraminibus ita sint arctis, vt manus pertransire non possit. Permagnum hoc refert, vt & Confessionalia inspicere, quibus vela quadam clavis affixa oppendantur, adhæc fenestellam, per quam sacra porrigitur communitio, vt nimirum ea parua sit: quin & portariam, vt duplicem illa habeat feram, vti & duas claves inter porta claustrum (sicuti instituta & acta fieri iubent) quarum vnam seruet ianatrix, alteram Priorissa. Video quidem ita iam passim praticari; sed ne ipsum nomen obliuioni tradatur, ideo hoc loco id mihi visum referre. Hæc quippe sunt huiusmodi, vt semper ad illa respectum haberi oporteat, & moniales ipsas videre ad illa magnopere à Superioribus reuerti, ne qua in illis negligentia subrepat.

Præterea maximo opere refert, inquirere, qui nam Monialiū sint Confessarij, adhæc quis earum sit Capellanus: & circumspicere, vt magna vitæque non sit communicatio, sed ea tantum conuersatio que necessaria est: & valde singillatim hoc à Monialibus petere, vt etiam de vniuersali conuentus recollectione. Et si qua quod hoc tentata fuerit, eam serio examinare: nam licet ei sæpe aliquid videbitur esse, in quo à parte rei nihil subest, & in quo fallitur, ipsum-

S.
Theresi

Opera

in
vita

ipsumque sic etiam exaggeraturus, potest tunc alias consulere, ut
 eius rei veritatem cognoscat, id illis sub obedientia præcepto
 gendū, atque id ipsum postea quam rigidissime reprehendere, nec
 amplius faciant, docere amur & percellantur. Quando autem
 præpositus de opibus suis in culpa, quæ etiam ad minutias respicit, ab
 eis se & excedit quædam dicitur, rigore quodam erga tales
 est, suaque ipsius experientia cecitas, ne inquietæ incedant, nam
 nullum inde sibi posse fructum consequi, sed se detestari & cogit
 esse, quiescent & tranquillabuntur. Nam, cum maioris momenti
 non erunt, semper se præpositæ benevolas & fauentes esse
 oportet, tamen defectus etiam corrigantur; nam, quod quædam
 tarum consulant, ipsa perfectæ obedientiæ simplicitas magis
 quid foret. Posset enim diabolus aliquas tentare, sibi ut periculis
 melius id se intelligere quam ipsa præposita, utque semper ea
 ui momenti sunt considerarent, itaque per multum damni creandi
 ipsum prælati discretio facile intelliget, quod illis consulat &
 quamquam in melancholicæ sint, satis cum illis sit habiturus
 Erga tales autem blandum, exhibere se non debet, si enim aliqui
 perire ab eo se posse sperent, identidem illum inquietabunt,
 vniquam quiescent: Sed semper cogitent, se se castigandas, &
 propterea ipse præpositæ fauebit.

Si forte quæpiam instet & velit, ut ad aliud monasterium
 feratur, ita ei respondendum est, ut & ipsa, & omnes, impedit
 ac semper intelligant, id prorsus fieri non posse. Nemo enim
 qui suis oculis viderit, potest maxima quæ hac in re sita sunt,
 uenientia intelligere; nec non quanta diabolo porta aperta
 tentationes suggerendas, si forte sibi illa persuadeant, concedi
 rialiquando posse, ut suo Monasterio egrediantur, idque
 gnas, quas ad hoc dare vellent, occasiones. Et dato, quod
 liquando futurum esset, non propterea tamen intelligant
 idcirco factum esse quod ipsa id voluerunt, sed alia de causa
 sione. hæc enim Soror nullo in loco quiescet aut permanebit,
 alijs maximum damnum inferret. Sed nocit oportet ac sibi per
 at, nunquam illam Monasterium quæ monasterio suo ad aliud
 voler, vllam apud Superiorem suum aliqua in re auctoritate
 ditum habituram; & quod, quamuis eam forte legitime eductam
 de vellet, propter aliquam in quam necessitatem, aut ad fundam
 aliquam ordiendam, propter hoc solum id non faceret. Ita
 bene fiet, quia vix vniquam alia hacce tentatione tentantur,
 quæ natura melancholicæ sunt, aut quæ huiusmodi sunt, ut

quod magni momenti sit viles sint. Et forsan bonum foret, Superiorum prius, quam aliquap̄a hac de re agere inciperet, aliquam rei huius praxim inducere, & ostendere quam id sit malum, quamque malè sentiet de ea quæ huiusmodi tentatione tentaretur: nec non causas de caritate, & quomodo iam nulli prorsus egredi liceat, eò quòd hactenus domus illis carere non potuerit, sed opus habuerit.

Inquit, num Præposita particularem in aliquam amicitiam ostendat, plus pro illa quam pro alijs faciendo: nam alijs in rebus id non ita curandum est, nisi fortè valde in ijs excedat, & amicitia illa non sit Præpositas namq; conuenit & oportet magis tractare cum illis quæ melius rerum intelligentes & discretionis maioris sunt. Et quoniam corrupta natura nostra non sinit nos ipsas tales reputare, quales sumus, hinc vnaquæq; se æquè aptam esse existimat. vnde fiet vt hanc nonnullis diabolus tentationem ingerat, quòd, vbi non sunt graues occasiones exterius, minutias confectetur interiùs, vt semper habeant bellum, & in resistendo meritum; itaque illis videbitur, quòd hæc aut illa ipsam gubernent. Si quis in hoc sit excessus, cum necesse est moderari: est enim hæc magna imbecillibus tentatio, sed non oportet vt propterea illa auferatur: nam (sicuti dixi) fieri potest personæ sint tales. vt sic fieri oporteat: nihilominus semper bonum est, singularem operam dare, vt Præposita non magnam in particulari amicitiam, cum aliqua habeat. Statim autem apparet & intelligetur, quomodo se res habeat, & quid agatur.

Sunt nonnullæ, quæ ad eò se perfectas in suo ipsarum iudicio, esse existimant, vt quidquid vident in alijs, id ipsis videatur imperfectio: & semper sunt illæ, quæ plures alijs imperfectiones habent, quas in sese non vident: & omnem illarum culpam misellæ Præpositæ, aut alijs attribunt. Et hæc decipere forte Superiorè possent, dū is emendare aut corrigere conabitur id, quòd in se bonum est. Quamobrem vni soli (dictum est) ad hoc, vt defectus aliquis emendetur, credendum non est, sed ab alijs quoque sciscitandum num ita se res habeat. Nam intolerabile certe & incongruum foret, si singulæ in singulis suis visitationibus Superiores noua conderent mandata, maxime in monasterijs, in quibus tum rigidè viuunt, quare non sunt vllæ rigide constitutiones & mandata eis faciendæ, nisi fortè in rebus maioris momenti, & (quemadmodum dixi) Præposita & alijs Monialibus prius interrogatis circa id quòd emendari cupiunt, & nisi scierint curane quomodo tale quid contingat: nam tam multa de nouo iis onera præscribi, & ipse ad eò grauari possent, vt cum ab illis ea ferri nequeant, delinquant, in id quòd Regula essentialis est.

Cccc 3

Hoc

S.
TheresiOpera
N. M.
176

Hoc autem Superior ante omnia, & quam maxime, curabit, ut Constitutiones ipsæ exactè seruentur, qui sicuti Præpositam videbit, quæ tanta sit libertate, ut eas parua de causa, aut etiam quadam contumacitate violet, rata parum tam in hoc, quam illo situm esse, suspensum habeat, maximum illam monasterio damnum allaturam, si forte statim id ita esse ei non videatur, suo tamen tempore rem habere, satis comperiet. Atque hæc est causa, cur monasteria, quin & ipsæ Religiones, alibi ita collapsæ sunt, dum scilicet parua parui fiunt: inde enim fit, ut etiam in maximis impingant.

Publicè & in communitate omnes seridè commoneat, ut, cum aliquem quoad hoc in monasterio defectum videbunt, ipsam monent, etenim, si rem postea intellexerit, eam quæ illud non significabit, etiam castigatam iri. Hinc si quidem fiet, ut Præpositæ vitia quædam percellenda sint, & sedulo circumspiciantur. Neque enim vlla est cum illis dissimulatione utendum, si forte graue id vitium sit, nec ne: sed hæc norint oportet, ita semper fieri debere, ut eo præcipuè se Præpositas constitutas, ut Regulam & Constitutiones obseruari faciant, non vero ut, prout sibi videbitur, illis quibus desinant, aut addant: quin & aliquam esse debere, quæ superioribus reflectat, & ad Superiorem omnia referat.

Fieri, meo iudicio, non potest, ut illa Præposita rectè suo officio fungatur, quæ aliquid faciet, quod Superiorem necire ac nescire nolle, ac ægrè ferret: hoc quippe signum est, non id esse per omnia diuino obsequio conforme & respondens, cuius eum, qui Deum cum supplet, conscium esse nolo. Vnde Superior quam maxime obseruari debet, num in ijs quæ cum ipso tractantur, in sinceritate & veritate procedatur. hæc enim si absint, quam grauissimè & acerrimè ipsas tractantes reprehendat, & ut ea adhibeantur procuret. Præpositam & alias officiales, ad hoc ipsum, vti par est, disponendos, & alias diligentias adhibendo. Nam tamen si fortassis aperte non mutantur, nonnulla tamen possunt celare, & minimè par est, ipsam cum sit caput ex cuius præscripto & directione viuendum est, quæquam ignorare, & non omnia nosse. Etenim vix quidpiam bonum corpus sine capite suo agat: nam non minus malum est, dum quædam celatur, quod corrigere debet. Concludo ergo & dico, quæ modo Constitutiones seruentur, omnia sincerè ac rectè procedant, si illarum vti & Regulæ obseruantia negligatur, ipsas vitiatas parum profuturas: (nam hunc ad finem illa tendere debent, ut forte Præpositas, quin & ipsas Moniales, (si quidem visitandi id est mutando, & alias quæ in Religionis obseruantia integræ & perfectæ essent, in illarum locum inferendo (quod perinde foret ac si

nafteriū de nouo erigeretur) & singulas earum separatim per varia monasteria disperiendo; nam vna aut duæ, in bene morato & ordinato monasterio parum poterunt nocere.

Notandum est, quasdam esse posse Præpositas, quæ aliquam sibi ad quasdam quæ Constitutionibus repugnent, agenda libertatē dari petant: quia & ad hoc occasiones quasdam hæc fortasse deprober, quæ sibi sufficientes videantur, propterea quod ipsa aut plura non intelligit, aut (quod Deus auertat) Superiori, ita id expedire ac conuenire, persuadere cupiet. Quæ licet directè contra ipsas Constitutiones nō sint, rectè tamē esse possunt, a deo vt illa acceptare & admittere perniciosum sit: nā, quoniā ipse non est præses, hinc nescit quid sit, & plerūq; ea quæ euincere cupimus, nouimus exaggerare. Quo circa melius forsā & consultius est, nullo omnino rei inducendæ aliquid ostiū patefacere, sed vniuersim talia negare, nisi ea sint conformia statuti, qui quidem hodie vna die in illis monasterijs viget; cum ad oculum pateat, quā is bonus sit, & experientia doceat, Certa incertis esse posteriora. His autem in casibus Superior immobilis & inflexibilis esse debet, ac pro nihilo reputare ac parum curare petita negare, sed ea cum libertate quam dixi in initio, & sancta quadā cū auctoritate & dominio; vt non magis curet, vtrum Præpositis & Monialibus placeat, an displiceat in ijs è quibus suo tempore aliquod sequi possit incommodū. Et sanè satis est, quo ipsum non introducant, quod nouū id sit & insolens. Licentiam porro ad Moniales in Ordine admittendas, vt Prælatus & Superior Præpositæ passim non concedat, permagni refert, nisi is prius de illis pluribus informetur & certior reddatur: & si ipse in illo sit loco, vbi id per se possit inquirere, ipsum accuratè facere non negligat. Fieri enim potest, quasdam Præpositas tam esse in Monialibus suscipiendis faciles, vt paucis sint contentis earū contentæ. Cū verò id ipsæ volent, & se in re inquisibile dicēt, subditæ penè semper ad id quod ipsæ volunt, sese accommodāt & accedunt, possit vero fieri, vt vel ob amicitia, vel consanguinitatē aut alium quempiā respectum, Præposita erga admittendam afficeretur, & rectè se facere cogitaret, & tamen interea grauissimè erraret. In admissione ad Ordinem quidē siquid peccetur, facilius emendari potest: sed in ipsis ad votorū emissionem admittendis, maxima opus est diligentia, vt quæ Prælatus tum cū visitationem suam obit, inquirat num aliquæ Nouitiæ sint, exque sint tales, quales oportet; nam si Ordini illa non conueniat, tempore votorū in facultate ad hæc dāda cautè circūspecteque procedat. Fieri n. poterit, vt Præpositæ nū Moniali bene sit, aut hæc sit quid ad ipsā pertinēs, & subditæ suā de ea illi opinionem aperire non audeat, q̄ tñ Superiori dicēt. Quare

si fieri posset, consultum esset, professionem siquidem ea iam inha-
ret, tamdiu differri, vsque dum Superior visitationem faciat; cum
etiam, si ita expedire censeret, significare, vt sibi secreta quorundam
suffragia, sicuti in electione fieri solet, mittantur. Etenim per magis
refert, domi non remanere aliquam, quæ tota vita sua laboribus
& inquietudinem sit allatura, nam quæcumque hac in re adhibe-
tur diligentia, optimè erit impensa.

In Laicis fororibus admittendis maxima etiam opus est
maduersione: etenim, omnes penè Præpositæ quam maxime oc-
cipiunt, multas habere laicas; itaque conuentum grauant, & subiciunt
etiam talibus, quæ vix laborare & operari nouerunt. quæ
sunt ex ita statim & faciliè admittendæ, nisi conuentum non tam
ijs opus habere pateat; quin & inquirendum in cas, quæ iam de-
cto in conuentibus agunt: nisi enim caute & circumspectè haec
procedatur, magna hinc consequi possunt damna. Semper autem
in singulis conuentibus procurari oportebat, ne designatus a Superio-
ra Monialium numerus compleatur, sed semper aliqua loca reser-
uantur. Præsentari quippe postea Religiosa aliqua potest
quam admitti domui expediret, quæ ob numerum a non completum
suscipi non posset: neque enim vllatenus permittendum & conser-
uandum, vt designatus numerus excedatur; hoc namq; eum, parum
aperite ad totalem monasteriorum destructionem, & recta ad rem
idem tendere. Propterea satius est, ipsam vnus utilitatem potius
& negligi, quam vt simul omnibus damnum creetur. fieri potest
in aliquo fortè conuentu Monialium numerus completus non sit
illac quamdam Religiosam, quo alia quædam ingrederetur, per-
transire, ac, siquidem dotem aliquam aut eleemosynam illa qua de-
bitur secum tulerit, eam illi conuentum dare; quod id perpetuum
futurum est. Itaque damno occurreretur; at si id non fuerit, peti-
tur quodcumque voluerit, & non incipiatur res omnibus adeo
damnosa futura. Necesse est autem Superiorem, quando aliquis
grediendi facultatem ab eo petent, inquirere ab illis quæ iam in-
gunt, de numero vt videat quid expediat: neque enim tantum
menti negotium æquum est vni Præpositæ committi.

Inquirendum præterea, num Præpositæ ad officium Ecclesi-
asticum, & ordinarias penitentias aliquid addant. Vnaquæque enim
ad libitum his aliqua tam particularia posset addere, & in hoc non
molesta esse, vt Moniales plus æquo grauata valetudinem suam de-
struerent, & facere non possent id ad quod tenentur. Porro nota
hoc intelligi velim, quasi, dum aliqua pro certo quodam die occu-
rent

S.
Theresi

Opera

N. M.
16

per necessitas, ut ita fieri non possit. Sed, quædam adeo possunt esse
indiferetæ, ut id penè eui consuetudinem quamdam inducant, ut
fieri solet. ipse verò Moniales nihil contra hæc opponere audebunt,
nec, id si faciant, exiguæ deuotionis argumentum fore: neque etiam
æquum est, ut de eo quidquam, nisi apud superiorè suum, loquatur.

Examinet quoque modum chori, tam ea quæ canendo, quàm
quæ non nisi recitando dicuntur, & inquiret, num hæc cum pauca
quædam dicantur, cantus verò an submissa fiat voce, quique nostræ
modestioni sit conformis, & ædificet. Nam è voce nimium elata duo
sequuntur damna; primum, quòd id indecens sit, eò quod ad men-
tam non sit composita; alteram, quod nostræ viuendirationis mo-
dum & Spiritus depereat. Et, si accuratè ad hoc reflectatur, aliquis in
hoc committi excessus potest, & omnis eas audientium tolleretur de-
uotio: sed danda opera, ut voces potius cum mortificatione quadã
proferantur, quam ut per eas audientibus se solum placere velle sig-
nificent. hoc namq; iam penè vniuersale & commune est, & prout
quidem mos hic & consuetudo inualuit, nulli iam huius defectus
tolleat ratio videtur assulgere. quam obrem id, quam impensissime
incolendum erit.

In primis autem ad rem faciet, Superiorem in virtute S. obedi-
entiam coram Priorissa vni è Monialibus iniungere, ut, si quando quæ
ut magno momenti obseruanda præscribet, non obseruantur, hoc si-
mper litteras significet, ut sic Priorissa intelligat ac norit, nullate-
nus id se posse negligere. Hoc ex parte perinde erit, ac si Superior
semper coram, adesset, ut sic illa maiore cum sollicitudine & circum-
spectione procedat, ne qua in re per excessum peccet.

Expedit quoque quàm maximè, ut, antequam visitationem
suam Superior incipiat, efficacibus verbis & impensè declaret, quã
malum & perniciosum sit, Præpositas animo alieniore ab ijs Mo-
nialibus esse, quæ defectus & imperfectiones, si quando in oculos
illarum incurrit, esto certæ non sint, Superioribus patefaciant; nã,
prout quidem sibi persuadent, ad hoc in conscientia, obligatæ sunt.
Præposita autem gaudere debet, si quando sui mortificandæ aliqua
sibi materia offertur: inuuant hæc namq; eam, ad melius suo officio
fungendum, & Domino nostro seruiendum. Si verò ipsamet in
causa sit, cur à Monialibus alienior fiat, certum id signum est, ipsam
ad illas gubernandas minimè quadrare: quia posthac illæ non aude-
bunt loqui, cogitantes Superiorem abire: sese vero in angustia &
pressura remanere: itaq; tandè fieri poterit, ut omnia relaxetur. Quo-
minus autem hoc moueat, auocare & impedire eum nõ debet, quã-
rum

S. M. Insa Opera

Dddd

racum

S.
Theresi

Opera

N. VII
108

racumq; in Prioribus eluceat vitæ sanctimonia, cui cum fidee oportet. nam hæc natura nostra talis est (quin & ipse inimicus, quando aliud nihil habet in quo nos oppugnat hic manum unius, forsitan hic lucretur quod alibi perdit.

Magnopere vero & in primis, summa per omnia in Superioribus requiritur commissorum reticentia, & ut Præposita, nullatenus intelligere queat, quænam ipsam accuset: quia, sicuti ante dictum, adhuc agunt in terra: & (esto aliud non foret) aliqua hæc tentatio evitetur, quanto magis, quod per multum illa nocere possunt adferre.

Si, quæ de Præposita dicuntur, parvi admodum sunt, monachis per aliquam ea circum locutionem, & dissimulante indagatione sunt, ita ut non intelligat ipsa, à Monialibus ea profecta esse: in quo magis ostendi ac fingi potest, nihil dictum esse, eò id magis fatius est. At quando maioris momenti res sunt, longe potius est, quod iis remedium adhiberi, quàm nullam Præpositam molestari.

Inquirat, num quas pecunias Præposita recipiat, & alienas quas clauariz non videant: quod magni referunt (nam potius inadvertenter facere) nec ipsa aliter eas unquam possideat, sicuti Constitutiones id præcipiunt. Hoc quoque in monasteriis in paupertate fundatis servari oportet. Videor mihi hoc consilio in loco monuisse, itaque alia ibi erunt: sed, quoniam temporis aliquantulum elapsum est, hinc id memoria excidit, & autem ijs, relegendis me detineam, hinc plura non dico, & sedeo.

Nimis quàm laboriosum & molestum Superioribus, minutias quas hic produxi, reflectere, at longè illi credo molestius & gravius erit, quando videbit, quantum, nisi hæc excederent, videntur, hinc securum sit dispendium & defectus. Et, si quantum libet sanctæ sint, cogitent & sibi persuadeant oportere habere se caput (quod, sicuti in principio monui, in gubernatione mulierum præcipuum & principale est) quod nulla causa minus re possit & debeat moveri; sed quod servare, & ut serventur impleatur iubere debeat, quidquid ad Religionem villo modo constat, quod verò ei contrarium est castigare: curate præterea ipsum singulis in monasterijs accuratissimè servetur. Ad hæc, solum singulis annis semel eum visitaturum, sed scire etiam quid singulis diebus faciant. Et hoc si fiat, ea quæ perfectioris erunt indies potius quàm decrepescant, eò quod multum plurimum reuerentiales & timidæ sunt. Quæ autem

maximopere iuuant, ad hoc, ne quis sui ipsius præ negligentia ob-
 iiciatur, utque hæc aliquando, quando opus erit, non so-
 lum dicantur, sed & fiant. nam ex vna re iudicium ferent de om-
 nibus. Si autem è benignitate, aut alijs quibusdam respectibus se-
 cesserint tum in principio quando non nisi pauca erunt, postea
 sed maiore cum rigore facere cogetur, itaq; hæc pietates maxima qua-
 dam fient crudelitas, & erit cur magnam ipse Domino Deo reddere
 rationem teneatur.

Nonnullæ verò ea sunt simplicitate, vt valdè se peccare credi-
 turæ sint, si Præpositarum suarum defectus dicant in rebus quas cor-
 rigi oporteat: & licet ipsæ id vile & sordidum reputent, nihilominus
 quod facere debeant, moneantur oportet: adhæc, vt cum humilitate
 quadam Præpositam antè moneant, quando eam aut contra Consti-
 tutiones, aut aliquas maioris momenti res peccare videbunt. fieri
 autem potest, vt in illas ipsa non peccet, continget autem, vt illa ip-
 sa, que eam id dicant committere, postea, si ab ipsa alicuius fiant,
 illas eam insimulent.

In iis autem, quæ in hisce visitationibus eas facere oportet,
 sciendis nolendisque magnam passim cernere est ignorantiam:
 quam obrem pro sua Superiore necesse est, discretionè eas eorum
 recomponere & edocere.

Inquire quoque oportet in id quod cum Confessarijs fit, idq;
 non ex vna, aut duabus tantum, sed ex omnibus, & quomodo eas
 moderetur ac dirigat: nam cum Vicarius non sit, nec haberi de-
 beat, & ideo id non practicetur, ne qua cum eo sit communicatio,
 nulla cum illis sit oportet communicatio nisi admodum moderatè:
 & quo minor, eo melior. In recreationibus autem & officiosis com-
 pellationibus magna adhibeatur circumspèctio, tamen si aliquando
 quid interuenire possit, quod excusari commodè non queat.

Moneantur quoque Præpositæ, ne nimium sumptuosæ & effuse
 sint, sed meminerint, teneri se seridè aduertere ac videre quomodo
 sua expendant, eo quod non nisi velut quædam œconomæ sint &
 dispensatrices, & non debere se expensas velut de re propria face-
 re, sed sicut ratio requirit, & æquum erit, idq; valde circumspèctè, ne
 quem excessum committant: vt taceam eas, ne quam offensionis
 occasionem alicui dent, id etiam in conscientia facere teneri, vt i &
 temporalia conseruare & custodire: denique, vt in particulari ipsæ
 aliquid plus ceteris non habeant, nisi fortè aliquam arculæ cuius-
 piam, in qua quædam chartæ, litteræ videlicet, asseruentur, clauem
 nam si quædam Superiorum sunt monita & instructiones illa in-
 primis ab omnibus passim videri minimè par est.

Dddd 2

Inspi-

Inspiciat item campanæ sonitum & vestitus modum, an niteris
is Constitutionibus conformis sit, & si quid (quod Deus auctus
quando, quod aut curiosum, aut non tantæ adificationis sit, ab
terit, ipsum ante oculos suos ut comburatur, iubeat. Nam talis
gatio reddit eas artonitas & consternatas, & tunc demum se
gant, & illam etiam in memoria conseruant propter eas quæ
ventura sunt.

Animaduerrat quoque ad modum loquendi: ut nu
numis simplex, sincerus, & religiosus sit, & cuius stylus & or
fis magis Eremitas & homines solitudinis sectatores reddat,
quàm ut noua & affectata verba atque elegantias qualdam
fectetur; semper quippe sunt aliquæ in verbis nouitate
malint hisce in rebus agrestes & inurbane, quàm cura
dici:

Quantum fieri potest, effugiant, ne quas habeant literas. In
quitare omnino non valeant, eas habeant: etenim Dominus
sis via providebit, & reddet, quod per hanc eas perdere con
Inducat semper eas ad faciendum id quod perfectius est: illas
iungat, nullam ut liceminentent aut foueant, nisi Super
re certiore reddito, & nisi speciale eius præceptum
rit.

Vnde eas quas in ordinem admittet, commoneat, plura
faciant talenta & dotes personarum, quàm ipsam dorem
nariam: & ob nullius commodi intuitum ac respectum
admittant, nisi prout id Constitutiones fieri iubent & re
lunt, præsertim si aliquis sit in ipsa personæ condicione
stus.

Necesse quoque est ad posteros transmittere id quod Super
res, quos Dominus nobis dedit, iam faciunt, & prædicant, quæ
ego multa eorum quæ hic attuli, mutuando accepi, videtis quomodo
ipli nos visitarent: & speciatim quoad hoc punctum, ut erga
Montialium particulariorem familiaritatem ostendar quàm erga
omnes, scilicet, ut cum illa clam aliis agat, aut ei priusquam
sed erga omnes simul, ceu verus pater, amorem exhibeat, quæ
enim in monasteriis particularis amicitia, erga aliquam personam
semel locum habere capit, tamen ea sit talis, quæ
Sanct. Hieronymum & Sanct. Paulam fuit, diuersis
rationibus & obloquiis ostium pandetur, quemadmodum
illi ab hisce immunes non fuerit. Neque solum illi domo
sum creabit, sed omnibus; Nam diabolus, quod aliquis
facit.

statim id quocumque disperget & innotescere faciet. Et, ob peccata nostra, mundus quoad hoc ita iam perditus est, vt multa hinc conlequerentur incommoda, vti in presentiarum vbiuis cernere est. Hinc quoque fit, vt Superior minore in æstimatione tum habeatur, & generalis amor, quo omnes eum, si est qualis esse debet, semper prosequuntur, hac ratione tollitur; dum illis videbitur, quod a morem ipse suum in aliquam personam alibi restrictum habeat. Per magnam autem vtilitatem in communi adfert, si ipse ab omnibus vniuersaliter dirigatur. Non id sic intelligendum, quasi id interdum, cum ita necessario fieri debet, contingere non possit, sed in rebus & occurrentijs notabilibus & nimijs id fieri veratur.

Quando autem monasteria introrsum ingrediendo visitabit, nemineit aduertere quomodo sese habeat clausura (nam nunquam id eum omittere oportet) & (prout ante dictum est) domum omnem sedulo excutiat & perscrutetur, locius vero eius, cum Præposita, & aliquot alijs Monialibus, semper testes adsint & sequantur. Adhuc nullo modo, esto etiam manens, in monasterio manendo, cibum sumat, quantumuis instanter ad hoc faciendum inuitaretur; sed videat tantum quomodo ibi omnia sese habeant, & statim inde discedere sataget: vt enim loquatur, melius ad cancellos id ager, nam esto id omni cum bonitate & simplicitate fieri posset, tantum demum tenet, atque incipere, vt fortasse post futuris temporibus venturus sit aliquis, cui tantam libertatem dari non conueniat, & si fortasse maiorem quis artipere velit, Dominus, quæso, id minime permittat, at vt semper hæc quæ ædificant, fiant, nec non reliqua omnia secuti modo fiunt. Amen. Amen.

Nullas sibi Visitator in cibo nimietates aut superfluitates dari permittat iis diebus quibus visitabit, sed id duntaxat quod æquum est & conueniat. Si verò quid in contrarium fieri videat, id quam maximè reprehendat. Neque enim professioni Præpositarum, (quæ exigat, vt sint pauperes) vti nec Monialium conuenit, neque etiam ad aliquid conducit, illos comedere aliud quam quod naturæ satis sit; denique non ea quæ debet, Monialibus in hoc datur ædificatio. Modo quidem, tamen aliquis forsitan in hoc committeretur excessus, ipsum vix credo emendandum; quod iam Superiorem habemus, qui non reflectit, paucane sibi an multa, malane an bona prebeantur: & nescio, an id ipse intellecturus esset, nisi valde speciatim & particulariter ad hoc resisteret. Hoc autem imprimis curat, nimirum vt ipse solus sine vilo socio scrutinium & informationem hanc faciat: neque vult enim, si quis in Monialibus occurrat defectus, huc

S.
Theresi

Opera

N. M.
1718

ab illo audiri, quod certè notabile quid est, ne scilicet ineptie Monachialium passim innotescant, si forte aliqua foret, quia hodie (Deus laus) non multum ea dani adferret; nam Superior id intrinsecus cooperer, & ut talis, ipsum reseruat, reique grauitatem ei Deus reseruat detegit, quod illius sit loco. Ei vero qui talis non est, forsitan id quod nihil est, videbitur esse magnum, & quia vix id curat, hinc id minus negligit, & ipsum monasterij nomen & fama sine vlla causa deperit. Det Dominus, ut Superiores ad hoc aduertant, ut semper in faciant.

Non expedit, ut Superior ostendat, se Præpositam diligenter bene sibi cum illa conuenire, saltem coram omnibus alijs; hoc enim eas intimidabit, ne illius imperfectiones Superiori aperire audeant. Meminerit vero, ipsas audire & intelligere oportere, se illam minime excusare, & si quid emendandum habeant, se illas corrigant. Neque enim est desolatio vlla tam magna, arque est desolatio maxima quæ Dei & ordinis zelo mouetur; quando nimirum cum eadem animi amaritudine vider, defectus aliquos committi, & Præpositum expectat, ut is ijs remedium adferat, & tamen nullam commendationem sequi. Hoc namque in casu conuertit se ad Deum, & in posterum (esto omnia sursum deorsum verti videat) tacere conuertit, videns quam parum monendo proficiat. Et quia pauperum non nisi semel audiuntur, quando nimirum ad scrutinium vocantur; Præpositæ autem multum temporis ad defectus suos excusandos, rationem eorum reddendam, & lapsuum vices moderandas habent; & forsitan etiam ad pauperulam illam traducendum culpandam, quod id è passione dicat, & quod plus minusue; & id illi aperte non dicant, intelligit tamen Priorissa quamnam illam, nec Prælatus debet esse testis: & res ita dicuntur, ut eas ipse non credere non posse videatur. itaque manent omnia in eodem statu quo prius erant, nam si ipse posset esse testis & coram videre, paucos dies rei veritatem intelligeret: Præpositæ autem parum eam dicere: sed hic amor noster proprius talis est, ut mirum sit, culpam ipsi nobis ascribamus, nec nos ipsas cognoscimus.

Hoc sæpè mihi contigit, & quidem cum Priorissis quæ magis Dei ancillæ erant, quibus ipsa tantum credebam ac fidebam, prorsus ut mihi impossibile videretur, rem aliter sese habere: cumque dies aliquot intra monasterium versarer, mirabar, quod videretur rem prorsus aliter esse arque ipsa mihi dixerat, & quidem in quodam magni momenti negotio, quod mihi dicebat quod esset talis. Et ferè mediâ Conuentus pars sic censebat, cum tamen ipsa esset talis.

senon intelligebat, vti postea patuit. Credo equidem, cacodæmonem, quod non multas occasiones, in quibus Moniales hæcce tenter, habeat, ipsas Priorissas tentare, vt nonnullis in rebus ab ipsis differant, & videant quomodo eas ferant. Omnia vero eo tendunt, vt Dominus propterea laudetur. Vnde fixum & persuasum mihi iam est, nulli omnino credere, priusquam in rem bene inquiram, vt eam quæ decipitur, intelligere faciam ac videre se decipi nisi. n. sic fiat, egre remedium adhibetur. Non sunt quidē omnia hæc in rebus gravis: sed ab illis potest veniri ad maiora, nisi circumspecte procedatur. Miror sanè, quando diaboli subtilitatem & technam video, quomodo nimirum vnicuique persuadeat, quod maximam mundi vitæ dicat. Propterea dixi, vt nec Priorissæ, nec vni Monachæ in particulari plane fides adhibeatur, sed vt amplius & vltius à pluribus inquiratur, præsertim cum res magni momenti est, vt certò euidenterque ei remedium adhibeatur. Dignetur Dominus, semper nobis prudentes & sanctos Superiores dare, si. n. tales hi sint, Manifestas ipsius haud dubiè illos illuminabit ac diriget, vt in omnibus rebus rectè debiteque procedant, & nos cognoscant: sic namque omnia quàm optimè gubernabuntur, & animæ, indies magis & magis in perfectione proficient, ad Dei honorem & gloriam.

F I N I S.

Ad Maiorem Dei Opt. Max. Deiparæ Matris, S. Iosephi & S. Matris Theresæ de Jesu gloriam.

SEPTEM